



1770.

1. Beemmannus, Gustavus Berth : De taxatione et accep-
tatione in solutum intermissiva praedictorum
debitoris in concursu ad const. Ducat. Megapol.
d. d. 29. Jan. 1646
2. Bicus, Reinholdus : De Dracone arbore Cusii
3. Boehmerus, Georgius Ludovicus : De sibi adscriptis
in testamento alicui.
4. Broeckel, Georgius : De usuris pretis, an et
quomodo tempore mercator illos exigere
possit.
5. Sulkling, Francus : De Belgis seculo XII in
Germaniam advenis variisque institutis atque
juribus ex eorum adventu ortis.
6. Lampe, Henricus : De testamentifactione Bre-
mensi



7. Rinshausen, Clem. Wicken. Carol. De actore
constitutum tam secundum jus communium quam
statutarium Hamburgense
8. Puetter, Joann. Stephanus: Joannis Georgii Kaemmel-
er, Frederici Maximiliani Noors, Joannis Telking,
Haurici Lampe . . . sollemnia inaugurata in-
diciis praemissa commentationis: De insaura-
tione imperii Romani sub Paulo M. et Vtho.
notus facta ejusque effectibus parte III: De
primae illius instaurationis sub Paulo M.
factae veris effectibus..
9. Seckow, Jo. Haur. Christ. de: Selecta capita
doctrinae de infamia.
10. Hecke, Joh. Georgius Christianus: De secreto
judicio super admittibili late appellacionis

11. Stuhlmann, Franciscus Henricus: De dominio per
contractum aestimatorium ante solutionem
pretii in accipientem non translati.



1770, 3
157

THESES DISSERTATIONIS INAVGVRALIS
DE
SIBI ADSCRIPTIS IN TESTAMENTO
ALIENO 3

Q V A S
DIVINIS AVSPICIIIS
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
G E O R G I O III.
MAGNAE BRITANNIAE FRANCAE ET HIBERNIAE
REGE DEFENSORE FIDEI DVCE BRVNSVICENSI AC
LVNEBVRGENSI S. R. I. ARCHITHESAVRARIO
ET ELECTORE.

AVCTORITATE INCLYTI IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRAESIDE
G E O R G I O LVDOVICO BOEHMERO D.

REGI A CONSILIIIS IVSTITIAE INTIMIS IVRIS ANTECESSORE
ET ACADEMIAE H. T. PRORECTORE.

P R O L I C E N T I A
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE
CONSEQVENDI

A. D. XXVI IVNII CIDDCLXX.

PVBlice

AD DISPVTANDVM PROPONIT

G E O R G I V S LVDOVICVS BOKELMANN.
HAMBVRGENSIS.

G O T T I N G A E

LITTERIS HAGERIANIS, curante I. H. BOHN.

GEORGIUS

THESES

DE

PHILOSOPHIA

IN

ARTIBUS

LIBER

PRIMUS



¹⁵¹⁰
Dis. Iur. Rom.

156-179.-

Böhmer- Böhmer.

157-180

L. VIII

L. 8.

~~177 165~~



THESES DISSERTATIONIS INAUGVRALIS

DE

SIBI ADSCRIPTIS IN TESTAMENTO ALIENO.

I.


Sibi adscriptum in testamento alieno est, quidquid quis sua manu in sui commodum scripsit in charta, in qua ab altero conditum est testamentum. Sibi adscriptum ergo non intelligitur, quod ita scriptum est in charta, ex qua transcriptum seu descriptum est testamentum alienum.

II.

Fas est testatori, sua manu non minus quam manu aliena scribere testamentum rite ordinandum. Sed scriptori alieni testamenti, hoc est, testamentario, fas non est, eorum quae ad testamentum pertinent, in eodem sibi quidquid adscribere, nisi de voluntate testatoris ex ipso testamento constet.

* 2

III.



III.

Iussu testatoris alteri scribenti in sui etiam commodum dictare testamentum, rite deinceps ordinandum, prohibitum non est; nec id obest in capiendis his, quae ipsi sunt relicta.

IV.

Ignorante vel invito testatore sibi adscriptum constituit verum crimen falsi. Quasi falsum est, quod quis sibi adscripsit in testamento alieno, ex quo ipso tamen non constat de voluntate testatoris. Sufficit, ex testamento eiusque ordinatione non constare de voluntate testatoris, etiamsi dictante testatore, vel eo volente & consentiente adscriptum sit.

V.

Sibi adscriptum in alieno testamento pro quasi falso habetur in S. C. Liboniano, & poena Legis Corneliae vindicatur, ne ullus locus pateat artibus heredipedarum.

VI.

Quasi falsum, quod in sibi adscriptis committitur, pertinet ad quasi delictum, cuius ratio non in culpa, sed in speciali legis dispositione continetur, qua ex commodo publico habetur pro delicto, quod tale non est: ideoque non miscendum est cum delicto culposo.

VII.



VII.

Sibi adscriptum in alieno testamento refertur, tum ad omnem speciem vltimae voluntatis, tum ad omne id, quod ordinari potest in commo- dum scribentis, etiam ad tutelam testamen- tariam. *L. 29. D. de tutela testam.*

VIII.


Ex interpretatione Ictorum sibi adscripta ha- bentur, quae facta his, qui propter potestatem cum adscribente habentur pro eadem persona, cum emolumentum testamentarium, iure ac- quisitionis per potestatem, ad eos pertineat. *L. 10. L. 14. L. 15. D. de lege Cornel. de falsis.*

IX.

Sibi adscripta pro quasi falso non habentur, quae quis adscripsit vel filio suo intuitu peculii castrensis, *L. 11. D. eod.* vel emancipato, *L. 22. D. eod.* vel seruo alieno, vel quae filius matri ad- scripsit.

X.

Quasi falsum non est, quod quis adscripsit per- sonis liberis. *L. 15. §. 3 eod.* Potest ergo maritus uxori adscribere in alieno testamento, *L. 18. eod.* non vero sibi in uxoris testamento. *L. 4. C. de his qui sibi adscrib. in testam.*



XI.

Sibi adscripta in alieno testamento tum vindicantur poena legis Corneliae, tum pro non scriptis habentur, nisi de voluntate testatoris ex ipso testamento appareat. Pro caducis non habentur.

XII.

Sibi adscripta hereditas accrescit coheredi, sibi adscriptum legatum manet penes eum, a quo praestandum est.

XIII.

Valent sibi adscripta, si constat de voluntate testatoris ex subscriptione vel speciali, si adscribens est extraneus, vel generali, si est filius *L. i. §. 8. L. 15. de lege Cornel. de falsis.* Generalis subscriptio in extraneo non sufficit.

XIV.

Declaratio testatoris coram iudice facta in testamento iudicialis insinuatione, suum esse hoc testamentum, non maiorem vim habet ac generalis subscriptio, ideoque vim non tribuit sibi adscriptis.

XV.

Praelectio testamenti, in quo quis sibi adscriptus sit,





lit, & praelecti approbatio a testatore generaliter facta, vim habet specialis subscriptionis.

XVI.

Sibi adscriptum pro inualido tantum habetur intuitu *adscriptentis*. Licet ergo heredis institutio, sibi adscripta, pro non scripta habeatur, valida tamen est substitutio, *L. 1. C. de his qui sibi adscrib.* Pari ratione legatum sibi & alteri adscriptum, totum alteri debetur, *L. 14. §. 1. De lege Cornel. de fals.*

XVII.

Sibi adscripta sub onere fideicommissi, pro non scriptis habentur, salvo fideicommissio, & remanent penes heredem cum onere eodem. *L. 14. §. ult. eod.*

XVIII.

Poenae legis Corneliae quidem gratia fit, tum ex ignorantia iuris, tum ex declaratione sibi adscriptentis, se paratum esse discedere ab eo quod sibi adscripsit. Sed in utroque casu sibi adscriptum pro non scripto habetur & ne ignorantia iuris quidem prodest quoad hunc effectum. *L. 15. §. 4. 5. eod.*

XIX.

Sibi adscripta hereditatis institutio per accidens vim



vim fortitur, si hereditas alio titulo debetur, ve-
luti si solus venturus erat ad hereditatem. *L. 1. C.
de his qui sibi adscrib.*

XX.

Valent, quae quis sibi adscripsit in testamento
nuncupatio, in scripturam redacta.

XXI.

Testamentum coniugum reciprocum pro ea
parte inualidum est, in qua sibi quid coniux ad-
scripsit.

XXII.

Quae maritus in testamento alieno sibi & vxo-
ri adscribit, pro non scriptis habentur intuitu ip-
sius, non intuitu vxoris, etiamsi cum hac in
communione bonorum vniuersali sit.

XXIII.

Cessat hodie poena legis Corneliae in sibi ad-
scripto, quatenus pro quasi falso habetur. Sed
obtinet ius Romanum intuitu effectus, quod sibi
adscripta habeantur pro non scriptis.



Göttingen, Diss., 1770

ULB Halle

004 590 627



3

f
56.





THESES DISSERTATIONIS INAVGVRALIS
DE
SIBI ADSCRIPTIS IN TESTAMENTO
ALIENO

1770, 3
~~157~~
3

Q V A S
DIVINIS AVSPICIIIS
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO
G E O R G I O I I I .

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE
REGE DEFENSORE FIDEI DVCE BRVNSVICENSI AC
LVNEBVRGENSI S. R. I. ARCHITHESA VRARIO
ET ELECTORE.

AVCTORITATE INCLYTI IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRAESIDE

GEORGIO LVDOVICO BOEHMERO D.

REGI A CONSILIIIS IVSTITIAE INTIMIS IVRIS ANTECESSORE
ET ACADEMIAE H. T. PRORECTORE.

P R O L I C E N T I A

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE
CONSEQVENDI

A. D. XXVI IVNII CIDDCCCLXX.

PVBLICE

AD DISPV TANDVM PROPONIT

GEORGIVS LVDOVICVS BOKELMANN.

HAMBVRGENSIS.

G O T T I N G A E

LITTERIS HAGERIANIS, curante I. H. BOHN.